Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26106
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Et loca adierunt. quo etiam indigne pedestres puenire potuerant.
Et exiens uidit turbam multam ihs. & misertus est super eos quia erant
sicut oues non habentes pastorem. & cepit docere illos multa. Quomodo
misertus sit super eos matheus exponit plenius dicens. Et misertus
est eis. & curauit languidos eorum. Hoc est enim uerace pauperum non
habentium pastorem misereri etiam eis uiam ueritatis docendo ape
rire & molestias corporales medicando auferre. sed & ieiunos
reficiendo ad laudem supne laetitiae animare. quod etiam sequen
tia lectionis huius eum fecisse commemorant. Temptat autem fide
turbas. & probatam digna mercede recompensat. Petendo enim
solitudinem. an sequi curent explorat. Ille sequendo & non in
uenientis aut uehiculis diuersis sed proprio labore pedibus ter
arripiendo deserti. quantam salutis suae curam gerant ostendunt.
Rursum ipse ut potens piusque saluator ac medicus excipiendo
fatigatos docendo inscios. sanando egrotos. reficiendo ieiu
nos. quantum deuotione credentium delectet insinuat. Iuxta
uero leges allegorice petentem deserta gentium xpm multae fidelium
caterue relictis mundi prisce conuersationis. neglectoque uario
dogmatum presidio secuntur. & quia pridem notus in iudea dns postque
dentes iudeorum arma & sagittae. & linguae eorum machaera acuta
facta sunt. exaltatus est super celos dns & super omnem terram gloria eius.
Et cum iam hora multa fieret accesserunt discipuli eius dicentes.
Desertus est locus. & iam hora preteriit. Dimitte illos. ut euntes
in proximas uillas & uicos emant sibi cibos quos manducent.
Hora multa uespertinum tempus dicit luca teste quia ant. dies autem
ceperat declinare. Et cepe accedentes. xii. dixerunt illi di
mitte turbas & cetera. gno Die autem declinata turbas sal
uator refecit. qui fine [illegible] sol iustitiae propinquante cum sol iusti
tiae pnob occubuit a diu[illegible] una spiritalis inedie summa tabe
saluati.